


ARTICULI
DIAETALES
BUDENSES

1807.

DK
64


II
1863







ORSZÁGOS ERDÉSZETI ECPE SÖLLET / 1866 /



ARTICULI
DIAETALES
BUDENSES
ANNI
M. DCCC. VII.

D.k. 346.



POSONII et PESTINI,
TYPYS MICHAELIS LANDERER DEFUSKUT.

ПІДОЛІА
СІДЛЯВА
СІДЛЯВ
І МІЛЯ
ДІСЛОДІЯ



NOS FRANCISCUS PRIMUS
Divina Favente Clementia Austriae Imperator ; Hierosolymae, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Ramæ, Serviæ, Cumaniæ & Bulgariæ Rex Apostolicus ; Archi - Dux Austriae ; Lotharingiæ, Salisburgi, Virceburi & in Franconia Dux ; Dux Styriæ, Carinthiæ & Carnioliæ ; Magnus Dux Cracoviæ ; Magnus Princeps Transylvaniæ, Marchio Moraviæ ; Dux Sandomiriaæ, Massoviæ, Lublini superioris et inferioris Silesiae,

Osvecinia et Zatoria; Teschinae et
Foro-Julii etc. Princeps Berchtoldsga-
denae et Mergenthemii; Comes Habs-
burgi, Kyburgi, Goritiae, et Gradis-
cae; Marchio inferioris et superioris
Lusatiae, nec non Istriae; Dominus
Terrarum Vollhyniae, Podlachiae et
Berestri, Tergesti, in Freudenthal,
Eulenberg, et Marchiae Slavonicae
etc. etc. Memoriae commendamus
tenore praesentium, quibus expedit
universis: quod posteaquam Nos de
mediis illis, quibus Status publici vi-
tes superiorum temporum Bellis debi-
litatae reparari possint, deque aliis
etiam objectis salutem Regni, et im-
crementum Boni publici concernenti-
bus cum fidelibus Statibus et Ordini-
bus Nostris deliberaturi, universis Do-
minis Praelatis, Baronibus, Magnati-
bus, Nobilibus, caeterisque Statibus,
et

et Ordinibus Regni Nostri Hungariae
Partiumque eidem adnexarum pro Do-
minica in Albis, in diem quintam Apri-
lis anni praesentis Millesimi Octin-
gentesimi septimi incidente, in Libe-
ram Regiamque Metropolitanam Civi-
tatem nostram Budensem indixissemus,
et promulgassemus, ac eidem Sacra
Caesareo-Regia in Persona Nostra pree-
fuissemus, conclusis tandem et finitis
Diaetalibus Tractatibus, iidem Domi-
ni Praelati, Barones, Magnates, et
Nobiles, caeterique Status et Ordi-
nes praefati Regni Nostri Hungariae,
Partiumque adnexarum exhibuerunt,
et praesentarunt Majestati Nostrae se-
quentes Articulos in eadem Diaeta
communibus ipsorum votis et suffragiis,
parique, et unanimi Consensu, acce-
dente Benigna annuentia Nostra con-
clusos; supplicantes Majestati Nostrae
hu-

humillime, quatenus universos illos
Articulos, omniaque et singula in eis
contenta, ratos, gratos, et accepta ha-
bentes, suprema auctoritate Nostra Re-
gia clementer acceptare, approbare et
confirmare, atque tam nos ipsi obser-
vare, quam et per alios omnes, quo-
rum interest, observari facere, clemen-
ter dignaremur; quorum quidem Arti-
culorum Series talis est:

ARTI-

A R T I C U L I
DOMINORUM
PRAELARORTM,
BARONUM,
MAGNATUM et NOBILIUM
CAETERORUMQUE
STATUUM et ORDINUM
REGNI HUNGARIAE.
PARTIUMQUE EIDEM
ADNEXARUM.

In Generali eorundem Conventu , pro
Dominica in Albis seu dié 5ta Aprilis Anni
millesimi octingentesimi septimi in Liberam
Regiam ac Metropolitanam Civitatem
Budensem indicto, et terminato ,
conclusi.

TU QUITA
MELISSA
MELISSA
MELISSA
MELISSA
MELISSA
MELISSA


P R A E F A T I O.

Dum ultimis, quæ Posonii celebabantur, Comitiis, citius, ac desiderasset Augustissimus Imperator, & Rex Apostolicus FRANCISCUS PRIMUS, finem imponeret, pro Paterno Suo in Regnum hoc, Partesque adnexas affectu, ac Regia sollicitudine pollicitus est, quod, ut primum alma pax revecta fuerit, curas omnes eo impensurus sit, ut non modo fidelium Statuum & OO. legalibus Postulatis satisfiat, verum etiam commoda Regni, Partiumque adnexarum, optima, qua fieri potuerit, ratione provehantur.

Ut Sponsione hac Regia se liberet, restabilita feliciter, favente Supremo Numinine, pace, ut illa consilii firmata, & tranquillitate fideles Populi quam diutissime perfruantur, quo de mediis ad salutarem hunc scopum deservientibus, quorum auxilio non tantum debilitatæ continua bellorum sibi succendentium serie internæ Status Publici vires reparari valeant, verum etiam ea rebus Patriae firmitas addatur, ut hae in aevum salvæ florentesque conserventur, tum aliorum quoque objectorum salutem Regni, & incrementum Boni pu-

bli-

blici concernentium intuitu consilia inire queat, Generalem Conventum seu Diaetam pro Dominica in Albis, in diem quintam Aprilis anni Millesimi Octingentesimi Septimi incidente, in Liberam Regiamque, ac Metropolitanam Civitatem Budensem indixit; occasione cuius Articulos, in quos communi voto & consensu, accedente etiam Suae Majestatis Sacratissimae annutu, convenierunt, demisse praesentant; ac una supplicant, quatenus altefata Sua Majestas Sacratissima eosdem clementer acceptare, Regiaque Autoritate Sua ratificare, ac tam Ipsa benigne observare, quam per alios observari facere dignetur.



De

*De Subsidio Militari in 12000 Tyronibus
ad Legiones Hungaricas oblato, & re-
hendis Collectaculis.*

ARTICULUS I.

Ad Benignam Suæ Majestatis Sacratissimæ Propositionem in moderno extraordinario rerum situ instar Subsidii, absque ulla in futurum consequentia, & salva articuli 63. 1741. §. 2. cautela ad Legiones Hungaricas 12000 Tyronum pro fide, & amore in Regiam Majestatem, & Patriam, SS. & OO. ea lege offertunt :

§. 1. Ut non successive, sed uno eodemque, quantum fieri potest, brevissimo, idque hyemis tempore statuantur, ac ad horum numerum Judæi etiam referantur & acceptentur.

§. 2. In susceptione Tyronum non formæ, aut mensuræ, sed corporis structuræ ratio habeatur, ita, ut quinque etiam pedum altitudinis Tyro, secus corpore fanus & robustus, ac ad supportanda onera militaria idoneus acceptetur, nisi annum ætatis 24 jam

atti-

attigisset, adeoque nullam ulterioris succrescentiae spem præberet.

§. 3. Ut pro assentantibus Officialibus Instructio, quæ inde ab anno 1802. viguit, pro cynosura deserviat, ac juxta eam & Militares Officiales, & Jurisdictiones Politicæ procedant; in defectu vero aliorum etiam minoribus inhabilitatem ad militare servitium haud inducentibus nævis in Instructione anni 1802. non attactis affecti Tyrones acceptentur.

§. 4. Ut ea, quæ circa exemptiones ab oblata anno 1802. statutione, modalitatemque statuendi, & circa vagabundos eotum constituta sunt, in quantum his Comitiis alterata non essent, obseruentur.

§. 5. Ne ex facto hoc spontaneæ oblationis ad Tyronum horum, etiam si suo tempore dimittendorum, aut qualemcumque eorum defectum supplendum illo unquam tempore argumentum neci possit.

§. 6. Ut statutis his 12000 Tyronibus Collectacula illico revehantur, & Legionum hungaricarum completatio deinceps per consuetas ante annum 1802. conductiones suscipiantur.

§. 7. Quoniam certum effet, majorem, quæ Militiam professuris calcar addet, manus aliena

alem pecuniam, conductionem egrēgie facilitaturam, SS. & OO. nolentes in modernis circumstantiis Aerarium Regium novis sumptibus gravare, ad contestandam in secundan- dis Regiis Intentionibus promptitudinem, ac ut cuilibet Tyronum amplior manualis pecu- nia dari possit, pro meliori Caffæ Collectacu- lorum dotatione, annue per aversionem 200000 florenoram. Summæ, quæ antea ab Aerario in Collectacula impensa erat, addenda, & in computibus commissariaticis seorsive tractan- da sub iisdem, quibus ipsa Contributio innititur, cautelis, ea expressa lege offerunt; ne ex sincero hoc studio ullo unquam tempore, quasi Regnum hoc onus completionis in se assumptum, consequentia formari valeat.

§. 8. Ut autem Tyronum Collectio per Conductions fini tanto certius respondeat, eorum, quæ SS. & OO. ad Collectaculorum nævis, in articulo 66. 1790. commemoratis, effectumque ejusdem impedientibus repur- gationem, & facilitationem proposuerunt, Sua Majestas Sacratissima congruum usum factu- ra est.

§. 9. Et quia inter præcipua impedimen- ta Collectionis spontaneorum militum refer- ri debeat, quod neo lecti Milites Officialium & Subofficialium Linguam eorum vernacu- lam ignorantium, Centuriis inserti, se mutuo nec

nec in dandis , nec in excipiendis Mandatis intellexerint, difficultatesque hinc enatæ Tyrone, imo exemplo eorum alios etiam a militia alienaverint; ne in futurum difficultates hæ ipsi servitio noxiæ emergant, Sua Majestas clementer disponet, ut Regiminum hungaricorum Officiales & Subofficiales tales constituantur, qui vernacularum etiam in iisdem principaliter vigentium Linguarum, indispensabiliter gnari fint.

§. 10. Quia vero ad sequendam Militarem vitam maximum adderet stimulum, si Virtutes militares , promeritæ Promotiones , & Præmia sequerentur ; Sua Majestas demisse exoratur, ut Hungaricis & Confiniariis Legionibus Officiales, consequenter & Generales, & Stabales nativos Hungaros, articulo quoque 9. 1792. id exigente, præficere, singularia vero merita castrensia per elargiendas Armales, imo & Collationales Bonorum, in Curias , & minora Corpora divisorum, ex spiritu Regni Legum condecorare dignetur.

§. 11. Ut ad majorem Militiam amplexuris addendum stimulum substantiæ illorum domi relictae debite prospiciatur, eorumque facultates illico per concernentem Magistratum, & quidem in Comitatibus etiam cum concursu Dominii conscribantur, sub inspectione orphanalis civilis Provisionis gratuito conser-

ven-

ventur; Militibus vero, post emerita 20 annorum Stipendia missione donatis, sequentes favores tribuantur; scilicet: ut a personali onere, Dicas quippe capitum, ab operis item, ut-pote Viarum, Aggerum, Pontiumque Constru-
ctione, & Reparatione, Officiosarum, item Mis-
sarium gratuita Deportatione immunes sint.
In Locis vero, ubi Contubernia sunt, præstito
alicujus Opificii, vel Artificii paradigmate, ad
eadem ubique gratuito recipiantur; favores
porro hi ad Invalidos, eorum uxores, imo
& proles utriusque sexus, quoisque cum Pa-
tre in eodem pane permanserint, ea ratione
extendantur, ut Proles hæ ad Orphanotro-
phia, Instituta Pauperum, pro Stipendiis item,
semper tamen observata Fundatorum mente
præferenter suscipiantur, ab opificiis denique,
& quæstu iidem Invalidi, & prævia ratione
missione donati milites nullibi dicentur.

Quam SS. & OO. tam in 12000 Tyronibus titulo Subsidii, quam in 200000 florenis
titulo sublevandorum collectaculorum oblati-
onem benigno acceptare animo, ac statutis
12000 Tyronibus, Collectacula sibi de Jure
Regio competentia, semet revecturam cle-
menter declarare dignata est Sua Majestas
Sacratissima.

*De libero Oblato.***ARTICULUS II.**

Fideles Suæ Majestatis Sacratissimæ SS.
 & OO. Exemplo Majorum incitati, & quo-
 ad explenda Regni Desideria per Suam Ma-
 jestatem Sacratissimam ad reponendam in
 Paterno sinu fiduciam provocati, in Testimo-
 nium sincere fiduciæ, signumque firmæ, quam
 in sacro verbo Regio locant spei, ex suo er-
 ga regnante Majestate, & salutem Pu-
 blicam zelo, ac amore in hoc præcise ex-
 traordinario casu, absque omni pro futuro
 necunda consequentia, salva legali Constitu-
 tione, sequentem faciunt spontaneam Obla-
 tionem:

§. 1. Omnis seu Nobilis, seu Civis, aut
 cuiuscunque demum Status, Conditionis, &
 Nominis sit, Videlibus seu Bona possidentibus,
 seu non possidentibus, sed intentionem su-
 am in parato aut naturalibus percipientibus,
 ac aliis etiam vitalium habentibus huc in-
 tellectis, inclusis etiam Coronalibus, Fiscali-
 bus, & Politico Fundationalibus, aut qua-
 rumcunque Communitatum Bonis, moderno-
 rum suorum unius anni Proventuum purorum
 e Ponis (excepto fundo instructo) immobili-
 bus, Regalibus item, Malleaturis, Ferri Fusori-
 is,

is, & Ferri Fodinis, nec non Aluminis coctura, Fabricis denique, & quibusvis Beneficiis alias ordinarie obvenientium sextam partem, ne ære quidem alieno deducto, Aerario Regio inferre tenebitur, secundum clavim, quæ in singula Jurisdictione relate etiam ad mobilia fructificantia, per eligendam ex omnis Classis Commembris Deputationem juramento adstringendam, elaborabitur; quod ipsum Fodinarum etiam Possessores a Fodinarum suarum simul sumptuarum proventu puro, deductis expensis eruendo, præstabunt. Quoad Fodinas vero Regias, Aedificia item, & Operas, immediate pro Metalli cultura deservientia, Jurisdictiones usui hactenus observato se hac etiam occasione conformabunt.

§. 2. Aedificiorum (huc non intellectis Residentiis Nobilitaribus, & ad Oeconomiae promotionem seu in totó, seu in parte necessariis) ita etiam mobilium quocunque demum nomine venire queuntum, seu fructificantium seu non fructificantium (exceptis Apparatus bellicis, Libris, Vestibus item utriusque Sexus non pretiosis, Domus utensilibus) justi valoris centesima pars dependetur.

§. 3. Coloni, Inquilini & Subinquilini a tenutis, & facultatibus, servitudes Urbariales præstantes, aut has reluentes, Contributi-

onemque dependentes, ab omni ad hoc Subsidium concurfu eximuntur.

§. 4. Communitates tamen privilegiatae seu a fundis, seu ab aliis quibuscumque facultatibus, demptis dominalibus, contributionalibus, & aliis publicis oneribus, per Jurisdictiones conscientiose supputandis, a fundis quidem immobilibus, & domibus norma pro Civitatibus praescripta, sextam purorum proventuum, a mobilibus vero centesimam valoris partem prestatunt.

§. 5. Communitates vero Contractuales, quæ eminenter lenius, ac per Urbarium tractantur conscientioso Comitatum Judicio tractabuntur.

§. 6. In Liberis vero & Regiis Civitatibus Contributiones, & alia onera publica, quæ Posseffores a fundis & domibus suis dependenda habent, nec non pars Aedificii, quæ conditioni, & characteri Possefforis, observata quoad Magnates, & Nobiles in gremio Civitatum ordinarie non habitantes, Competentiæ diaetatis proportione, conveniens reputabitur, e summa praestanda deducentur; ac in reliquo tam a domibus, quam ex immobilibus fundis sexta pars Proventus puri dependetur. A voluptuariis porro Aedificiis justi valoris centesima pars praestabitur.

§. 7. Quæstores porro universi, prout & Artifices, ac Opifices cujuscunque generis, tam in Regiis Civitatibus, quam & aliis privilegiatis Communitatibus, aut ubicunque in Regno degentes, posterioris tamen Clas-sis hominibus, urbarialia loca incolentibus, & urbariali servituti obnoxiiis, Opificiaque, & Articia sua, nec constanter, nec cum requi-sita instructione exercentibus exceptis, Quæ-stores quidem relate etiam ad substantiam, quæstui involutam, rerum mobilium centesima valoris parte concurrent.

§. 8. Ne autem Aere alieno presi prä-graventur, uno hoc anno pactato interusurio unum per centum minus tenebuntur depen-dere; quo sic cuncti, qui ad subsidium hoc concursuris Capitalia elocarunt, medio De-bitorum suorum eadem cum illis propor-tione in communionem oneris vocentur. Qui ve-ro extraneis Creditoribus debent, cum hos Sua Majestas Sacratissima exceptos esse be-nigne desideret, tantundem sibi ex prästando subsidio pro hac vice supputare possunt, quan-tum Creditori suo, si domesticus fuisset, sub-trahere potuissent.

§. 9. Mercatores a facultatibus suis ob-venturum Subsidium absque concursu eorum, qui eis merces ad Creditum cum respirii fa-vore, & immunitate ab interusurio pro tem-

pore hujusmodi respirii concessa dederunt, dependent.

§. 10. Ab illis Capitalibus, quæ Debitoribus ad Subsidium hoc non concursuris elocata, vel etiam reposita habentur, ita etiam ab illis, quæ intranei apud exteris elocata habent, centesima pars immediate per Creditores dependet; illud tamen, quod titulo Taxationis extra Regnum in utriusque Sphi hujus casu solutum fuisse legitimaretur, e summa isthic juxta præviam Clavim præstanda, iisdem subducere licebit.

§. 11. Aedificia publica, & publicorum Institutorum, Parochialia, pauperum item, Xenodochiorum, Orphanotrophiorum, Ordinum Religiosorum, sexus utriusque mendicantium, & docentium, nulla bona immobilia possidentium, facultates quoque exceptis Capitalibus, ac denique Res Sacrae, utpote Ecclesiæ Dei, earumque supellex ab onere concursus eximuntur. Quod ipsum relate ad ædificia publica sine discrimine Religionis intelligendum veniet.

§. 12. A Bonis immobilibus Regalibus, aliisque incorporeis Beneficiis, Decimis item exarendatis, Locatores pactaræ summæ sextam partem, supputatis secundum tenorem Contractualium & prædeducta principia supputandis, Aerario inferent: sicubi secundum Clas-

Clavim per Jurisdictionem defigendam, pactata summa major proventus prodiret, supernatantis hujusmodi summæ sextam partem Arendatores dependent.

§. 13. Ex honorariis salariis, & pensionibus, privatorum autem Officialium solutionibus, inclusis etiam eorum Deputatis conventionalibus, centesima pars dependetur.

§. 14. Quantitatem proventuum e Bonis immobilibus sine fundo instructo provenientium, prout & summam pro suo in Rempublicam zelo a proportione facultatum, a quibus centesima pendetur, conferendam, qui libet juxta prævia principia per suam propriam declarationem, quæ relate ad mobilia recondi queuntia nulli ulteriori discussioni suberit, conscientiose determinabit. Et quidem Nobiles a fundis præcise civilibus, & eorum proventu, Jurisdictionibus Civitatisibus, quoad substantiam porro residuam concernentibus Comitatibus, Urburarii porro, & alii Honoratores, ac Quæstores juxta Articulum 63. 1741. & prævigentem usum Comitatuum, & Civitatum respectivis Jurisdictionibus declarationes suas exhibebunt.

§. 15. Deputationes in singula Jurisdictione eligentur, & Juramento adstringendæ juxta principia comitaliter defixa operari obligabuntur, harumque operatum ultra revisionem

sionem hoc fine ordinaturarum Sedium Judiciariarum nulli amplius sive recursui , sive ulteriori superrevisioni suberunt, ipsaque Acta operationis hujus pro doméstico duntaxat cuiuslibet Jurisdictionis in hoc præcise casu deservient usu. Deputati vero in qualibet Jurisdictione sub eodem , quo obstricti erunt Juramento, declarationes similes individuales secreto tenere obligabuntur. Jurisdictiones autem suæ Celsitudini Cæsareo - Regiæ Domino Regni Palatino summam duntaxat, e qualibet Jurisdictione obventuram , absque specifica Conferentium designatione intra semestre a dato publicationis Articulorum indicare tenebuntur.

§. 16. In qualibet Jurisdictione pro receptione oblatæ summæ locus, qui Jurisdictionibus maxime commodus videbitur, Perceptorque constituetur , summam pendendam Cassæ in Schedis Bancalibus, in nominali suo valore computandis, per partes quoque inferre integrum erit, ita tamen, ut integra cuiuslibet competentia in semestralibus ratis usque ultimam Junii 1809. inomiffe depuretur, nisi casus insperatus, explendæ legalis obligacionis in præambulo Articuli 8. 1715. designatus, ulteriore oblati hujus depurationem excluderet,

§. 17. Si quis dependere negligéret, summario Processu (in quo tamen de quantitate summae ratione prævia defixa Quæstio moveri nunquam possit) per Sedem Judiciariam Actore Fisco magistratali in expensis etiam convincendus ad satisfaciendum, præscissis cunctis aliis Juris Remediis, salva unice extra Dominium Appellata stringetur.

§. 18. Perceptores vero Subsidii hujus pecunias ex oblatu hoc influxuras, prout decem mille Florenorum summam attigerint, de tempore in tempus ad proximam aerarialem Caflam inferre tenebuntur.

Quam devotam Statuum, & Ordinum prævio modo factam Oblationem, velut singularis in Regiam Majestatem fidei, & amoris in Patriam testimonium Suæ Cæsareo-Regia Majestas peculiari cum complacentia acceptare, ac una benigne declarare dignata est, quod pro paterna Sua Providentia non modo quam maxime curatura sit, ut quælibet a percharo sibi Hungariæ Regno, Partibusque adnexis calamitates avertantur, sed felicitas quoque, & internus ejusdem Rós promoveatur.

De provisione Articuli 12. 1792. usque proxima Comitia extendenda.

ARTICULUS III.

Annuente Sua Majestate Sacratissima Status, & Ordines provisionem Articulorum 3. 1805. 6. 1802. 12. 1792. & in hoc provocati 35. 1790 si sub deductis in hoc postremo cautelis, & conditionibus, usque proxime celebranda Comitia hac quoque vice præcissis cunctis innovationibus, extendendam, una ad præcavendum Colonorum ob dilatam Nonationem damnum Articulo 7. 1802, serio insistendum decreverunt, eo addito; quod Dominiis vinicolas, ut totam procreationem suam ad domum Nonatoriam devehant, adstringere nec in illis Partibus liceat, in quibus Nonam, aut qualemunque Jus montanum hactenus sub ipsis vindemiis desumendi usus vigebat. Verum Nonatores suos ad faciem vinearum exmittere, atque ibi partem pro Nona, aut qualicunque Jure montano obvenaturam designare teneantur; quam vinicolis ad domum Nonatoriam invehere incumbet.

*Flumen Civitas, Portusque inarticulatur,
Gubernatori autem Fluminensi in Tabula Procerum, Ablegatis vero Civitatis Fluminensis in Tabula SS. & OO. Sessio, & Votum tribuitur.*

ARTICULUS IV.

Sua Majestate Sacratissima, ne diutius ardentia vota Statuum, & Ordinum Regni moretur, annuente, Civitas Fluminensis, Portusque per Augustissimam Imperatricem, & Reginam Mariam Theresiam peculiari Diplomate jam Regno incorporata, praesenti Articulo ad idem Regnum pertinere declaratur. Una vero

§. 1. Gubernatori Fluminensi sub Comitiis Regni in Tabula Procerum, Ablegatis autem Civitatis Fluminensis in Tabula SS. & OO. competens Sessio, & Votum tribuetur.

De Tricesima a Mercibus exteris in Hungariam inventis defumenda, evectione item Mercium per Ditiones haereditarias germanicas.

ARTICULUS V.

Ut Commercio Regni Hungariæ ad exterias oras, adeoque opibus nationalibus manus

jus

ius accedat emolumenatum, Sua Majestas clementer annuere dignata est:

§. 1. Ut a Mercibus, quarum invenio ab exteris admissa est, quasve in posterum quoque directe in Hungariam etiam invehere liberum erit, dehinc in transitu per hereditarias germanicas Ditiones nulla Telenia (iis tamen, quæ pro viarum usu solvuntur exceptis) dependantur, Mercesque haec in capitalibus tricesimalibus depositoriis, hoc fine in Hungaria jam constitutis, per tricesimari valeant.

§. 2. Ut in casibus evictionis mercium, & productorum hungaricorum in vicem usitati in Ditionibus Suæ Majestatis hereditariis austriacis pro dependendo consumptio- nis vectigali pecuniarii depositi per evehentes in posterum cautio duntaxat sufficiens præstari possit, eaque acceptetur.

De Frugum evictione.

ARTICULUS VI.

Ut Commercium Frugum, quarum evictio ad exteris oras cum magna Regni Hungariæ, Partiumque adnexarum, & totius Monarchiæ utilitate conjuncta est, omnem possibilem adipisci valeat securitatem, Sua Majestas Sacratissima Status & Ordines clementer securos reddere dignata est:

§. 1.

§. 1. Evectionem Frugum sine gravissimis, quæ illam fisti svadeant, status rationibus nunquam prohibendam fore.

§. 2. Intuitu Evectionis hujus eandem prorsus pro Regno Hungariæ, quæ pro cæteris hæreditariis Ditionibus observanda fore principia.

§. 3. Suam Majestatem Sacratissimam, dum forte ex metu enascituræ in Regno hoc famem minantis penuriæ de prohibenda evectione agendum fuerit, prævie desuper Dicasteria sua hungarica audituram; quin etiam

§. 4. Disposituram, ut præter Essitoale portorium, atque viarum, & naulorum usu constituta telonia & nauila, nullæ aliæ taxæ ab evehentibus sub quocunque prætextu desumantur.

De Vinorum evæctione.

ARTICULUS VII.

Ad promovendum vinorum hungaricorum Commercium Sua Majestas clementer promittere dignata est, Se curaturam, ut illud penes favores jam haðenus effective tributos permaneat, atque injectio vinorum hungaricorum in Austria per Danubium, evæctio vero in exteris Ditiones etiam per aquam

aquam, & quidem in casu posteriore sine obligatione ullam vini Austriaci quantitatem exportandi admissa sit. Imo Sua Majestas Sacratissima de eo quoque Se providisse clementer declaravit, ut in vicem parati depositi, quod pro exportandis ad exterias oras vinis hungaricis titulo consumptionis vestigialis deponendum erat, nonnisi sufficiens per evehentes cautio praestari possit, eademque per concernentia Officia acceptari debeat.

De promovendo celeriore Causarum cursu.

A R T I C U L U S VIII.

Ut cursus Causarum promoveatur, taliterque administratio Justitiæ acceleretur, Status & Ordines cum benigno Suæ Majestatis Sacratissimæ annutu sequentia decernunt:

§. 1. Conformiter Articulo 39. 1729. remedio Revocationis utens, revocatas Procuratoris sui allegationes in Partibus quidem mox ipsa Revocationis die, in causis vero coram Tabula Regia Judiciaria, aut respe&tu Regnum Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ coram Tabula Banali decurrentibus more hactenus consveto, concessa hunc in finem Triduo, nova Replica supplere tenetur, hoc vero neglecto, Revocatio per Judicium procedens pro nulla habeatur.

§. 2.

§. 2. Pro uberiori Articuli 38. 1729. dilucidatione statuitur; ut Prohibitam interponenti subsequus immediate Juris terminus adhuc in favorem cedat, si tamen secundo ab interposita Prohibita termino rationem sufficientem reddere negligeret, ultimo octiduo ejusdem termini Prohibita judicialiter tejiciatur.

§. 3. In assignanda Repulsionis deinceps adhibendæ legali ratione deficiens ultra poenam Articulo 33. 1729. statutam, paritate legis Articulo 16. 1729. quoad Oppositionem latæ, in fructibus etiam a tempore interpositæ Repulsionis computandis, expensis item convincatur, fundamentalibus tamen longæ Litis causis, quæ actu in merito jam decurrunt, a dispositione præsentis provisionis exemptis. In his enim, si partes Repulsionis beneficio subinde usæ fuerint, non juxta hanc, verum quæ hactenus viguit, legem, judicium recipient.

§. 4. Exhibitio Evocatoriarum, aut Cittatoriarum tunc nonnisi pro legitime facta censeatur, quum eadem aut propriis evocandi, vel citandi manibus traduntur, aut medio Jurisdictionati transmittuntur, vel si is in persona reperiri nequiret, & Jurisdictionato careret, ad fores domus ejusdem

pra-

præsente Judice, vel Jurato, aut Notario loci affiguntur.

Pro Jurisdictionatis autem non alii habeantur, quam subditi, inquilini, & horum omnium uxores, nec non ancillæ, servi partis evocandæ, vel citandæ; proles denique legitimæ ætatis, nondum emancipatæ, partis ejusdem evocandæ, aut citandæ.

§. 5. Evocationem, & Citationem in præsentiam quorumcunque Fororum, & in omnibus indiscriminatim causis solus etiam Judex Nobilium, vel solus Jurassor, aut denique Tabulæ Regiæ Judiciariæ Juratus Notarius legitime peraget; Citationes tamen in præsentiam Tabularum Districtualium, nec non Sedium Dominalium, Magistratus item Liberarum, Regiarumque Civitatum, aut Senatus Oppidorum privilegiatorum per respectivos Cancellistas etiam factæ pro validis declarantur.

§. 6. Admonitiones, Inhibitionesque Judiciarias omni in casu Judex Nobilium cum Jurassore, aut Tabulæ Regiæ Judiciariæ, & respective Tabulæ Banalis Jurati Notarii peragent: relate ad Judicem Nobilium cum Jurassore nulla exmissionis necessitate subversante.

§. 7. Ad uniformitatem obtinendam Actio dehinc non Publico, sed Judici illi, coram quo lis incaminari intenditur, praesentabitur, Judex vero absque ulla exmissione ulteriore, servatis de Jure, & Statutis servandis, procedat.

De acceleranda Causarum Criminalium Superrevisione, & diminuendo Processuum ad Judicatum Tabulae Regiae Judicariae spectantium numero.

ARTICULUS IX.

Ut parte ex una facilitata Processuum Criminalium ex dispositione Articuli 43. 1791. in via Appellatæ ad Curiam Regiam deductorum Superrevisione, Tabulæ Regiæ Judicariæ pro revidendis Causis Civilibus tanto plus temporis suppetat; parte vero ex altera, nonnullis causis, quæ hucdum seu in via gradualis Appellatæ ad Tabulam Regiam Judiciariam deduci, seu coram hac, tamquam foro primæ Instantiæ fuscitari solebant, abinde translati, eadem dehinc cætorum Processuum revisioni eo magis sufficiat; interea, donec ad effectum Articuli 67. 1791, opportuna eatenus diætaliter constituta fuerint, accedente Suæ Majestatis Sa-

cra-

eratissimæ benigno annutu, Status & OO.
modo provisorio decreverunt:

§. 1. Ut Causæ omnes Criminales appellatæ diebus, per Præsidium Tabulæ Regiæ Judiciariæ determinandis, in duobus separatis Senatibus utrobique per 9. legaliter ad Judicium requisita individua, & ideo attributa Præsidio dictæ Tabulæ Regiæ Judiciariæ pro Completo Judicio individua surrogandi facultate, uno eodemque tempore revideantur, sententiæ tamen in pleno publicentur. Provisione hac revidendarum in duabus Senatibus causarum ad Processus civiles haud extensa.

§. 2. Causæ e Regniis Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ hucdum a Tabula Banali juxta Articulum 27. 1723. in via gradualis Appellatæ ad Tabulam Regiam Judiciariam, & abinde, Septenviratum deductæ dehinc directe ad Tabulam Septenviralem, appellabuntur. Ita etiam

§. 3. Processus a Judiciis Liberarum, Regiarumque Civitatum ad Sedem Tavernicalem appellati, ab hac Sede fine supremæ revisionis recta ad Tabulam Septenviralem deducantur.

Processus tamen similes tam hoc, quam & immediate præcedente §pho 2. attacti, coram

ram Tabula Regia Judiciaria levabuntur, & in Septemviratu per Referentes ejusdem Tabulae Regiae Judiciariæ referentur, Sententio-nalesque modalitate hucdum consveta expe-dientur.

S. 4. Processus respectu pignorum, in pluribus Comitatibus situatorum, a Judicio Tabulae Regiae Judiciariæ, & respective Tabulae Banalis qua hucdum Foro primæ Instan-tiæ, ad Tabulas Districtuales transferantur; ad casum, si bona pignoratitia pluribus Di-strictibus adjacerent, Actori salvo relicto eo, ut causam suam e respectivis Tabulis Di-ftrictualibus coram illa, quam præeligere pla-cuerit, suscitare, & prosequi valeat. Salva quoad reliquas causas, in Articulo 31. 1723. recensitas, prævigente ejusdem Articuli di-spositione.

S. 5. Causæ ex neglecta præmonitione ad transvestitionem conditionum pignoratitia-rum, si bona uni Comitatui adjacerent, pro ratione substrati coram Vice-Comite, aut Ju-dice Nobilium, si vero eadem in pluribus Co-mitatibus situarentur, coram Tabulis Distri-ctualibus suscitabuntur.

In Processibus Sphis 4. & 5. memoratis a Sede Judiciaria Comitatuum, & respective a Sententia Tabulae Districtualis, Appellata nonnisi extra Dominium competit; respectu

vero causarum similiū actu in cursu existentium eo specialiter subnexo: ut hæ porro quoque coram judicio Tabulae Regiae Judiciariae, & respectu Regnum Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ coram Tabula Banali permaneant.

Cum præter hæc ad accelerationem administrationis Justitiæ non parum conferat id, si in circumstantiis illis, in quibus sub ipso actu revisionis Causæ in Tabula Septemvirali suscepτæ, necessitas remissionis ejusdem Causæ ad procedens Judicium se se evolveret, eadem etiam remitti possit; hinc statuitur, ut deinceps Tabula quoque Septemviralis in similibus circumstantiis cujuscunque speciei Causas remittere teneatur.

De serie Causarum in Tabula Regia Judiciaria observanda.

A R T I C U L U S X.

Serie actuali ordinaria Causarum coram Tabula Regia Judiciaria fuscitarum sublata; dehinc Series a die submissi Processus pro ferenda seu finali, seu in quæstione Actionis, Actoratus, Instituti, & Judicatus, meritum Causæ feriente, Sententia observabitur; Incidentalibus quæstionibus huc non intellegatis.

§. 1. In Causis appellatis a die Levatae coram Tabula Regia Judiciaria Causæ series hæc obtinebit: Causis aliis secus extra dominium appellabilibus, verum beneficio Mandati intra dominium transmissionalis ad Tabulam Regiam Judiciariam deductis, ad hanc seriem neutiquam relatis, sed præferenter revidendis.

§. 2. Series utriusque ordinis Caurum, Tabularium nempe, & Appellatarum cum fine singuli Juris termini conficiatur, exponatur, & observetur.

De binaria Oppositione in nullo casu admissa.

A R T I C U L U S XI.

Sublata dehinc binaria Oppositione, per Articulum 34. 1729. admissa, contra succumbentem dehinc semet binarie opponentem executio cum Brachio erga Requisitionem exequentis Judicis per concernentem, in cuius gremio Executio peragenda est, Jurisdictionem, & quidem semper e Generali Congregatione determinanda peragatur; hocque in casu expensæ quoque in executionem cum Brachio suscipiendam insumendæ per succumbentem refundantur.

§. 1. Si tamen in processu Executionis Correctorio per sententiam adiuentum fuerit, executionem per Judicem ultra sphæram Actionis, aut Sententiæ extensam suisse, tunc triumphanti, & fructus medio tempore percepti, & expensæ adjudicabuntur.

De Fraudulentorum Fallimentariorum poena.

ARTICULUS XIII.

Ad antevertenda bonæ fidei creditorum ex fraudulentio fallimento enasci queuntia damna, Sua Majestate Sacratissima benigne accedente, statutum est :

§. 1. Ut in fallimentum incidens, seu sit Nobilis, seu Ignobilis, causas etiam fallimenti legitimare teneatur, & si de commissa per occultationem substantiæ suæ fraude, aut in damnum creditorum suorum directis mercantilibus operationibus, vel evidenter prodiga, & dispendiosa vivendi ratione diminutionem substantiæ hypotheca affectæ necessario inducente convinci potuerit, una cum complicibus illis, qui ad factum occultationis substantiæ, aut alias damnosas operatores scienter, & studiose concurrerunt, Actioni Criminali tamquam Fur subjiciatur, & pro demerito suo juxta rigorem Legis condigna poena afficiatur.

§. 2.

§. 2. Et quia indignus esset beneficio, quod sine culpa sua facultate lapsis in restabiliendo questu suo de usu, & consuetudine suffragari solet, talis praeter irrogandam poenam prætensionibus creditorum suorum donec satisfecerit, perpetuo obnoxius maneat, ac respectu ipsius, si deinceps ad meliorem fortunam qualitercumque pertigerit, titulus 28. stiæ observetur.

De Repositione violenter ejectorum.

A R T I C U L U S XIII.

Ad præcavendas violentas Bonorum, ac Jurium quorumvis possessionariorum, aut etiam Mobilium occupationes Articulum 22. 1802. salva cæteroquin ejus dispositione taliter clarificandum, & respective ultra extendendum proponunt Status & Ordines:

§. 1. Ut in casu repositionis violenter ejectorum Vice-Comes modalitate per citatum Articulum præscripta processurus, præfixo Partibus, in quantum in vicino, vel remotiori Comitatu existerent, ad mentem Articuli 34. 1613. competente termino, etiam in accommodandis conformitate Articuli 23. 1802. metalibus controversiis observando, auditis iisdem, compertaque occupationis realitate,

litate, & cognita facti illegalitate, spoliatus in integrum fructibus, expensis, & damnis ex ipso occupationis actu enatis, huc tamen non intellecto cessante lucro & emergente damno, velut ad viam Juris pertinentibus, compensandis restituat, salvo eo, quod pars succumbens, contra quam repositio petitur, decisione Vice - Comitis non contenta, cui alioquin Recursus & Juris via libera est, sui indemnisationem relate ad damna, fructus, & expensas per reponentem Vice - Comitem indebite nefors addictas, Instituto damni, quod meritum vero una cum accessoriis Instituto repositorio, brevissimo quantum fieri potest tempore, & Appellata extra Dominium admissa prosequi possit.

§. 2. Præterea violenti occupatores bonorum juxta Articulum 3. 1543. post restituta etiam bona, pro violentiis, nec non ratione damnorum, fructuum item, expensarum, in quantum respectu horum via summaria per citatum Articulum admissa, indemnatio facta non fuisset, Jure requiri possint.

§. 3. Et quia complures ejusmodi intervenire assolerent casus, quod non tantum Mobilia, sed & ex agris, pratis, aut etiam vineis fructus pendentes occupentur, iisdem vero

vero ablatis, venditis, aut consumptis, objectum, in quod Vice - Comes spoliatum reponat, in specie non existat, ut igitur casibus ejusmodi in fraudem legis commissis occuratur, Vice - Comes in respectu æquivalentis ablatorum mobilium, vel fructuum conscientiose æstimandorum procedat, salva in reliquo prætendentibus in omni casu juxta citatum Articulum Recursus, & Juris via.

§. 4. Si occupator rem mobilem in aliam Jurisdictionem transferat, repositione ad inventa, in quantum hæc per procedentem Vice - Comitem effectuari non posset, Executio penes Compassum procuretur.

§. 5. Ne Vice - Comes via hac summaria in questionem Juris semet immittat, vel ex literalibus instrumentis operetur, præterquam iis, quæ ad elucubrationem usus, vel facti desiderantur, aut ultra objectum, quod occupatum est, repositionem extendat, verum cognita via facti disquirat, an spoliatus in pacifico usu constitutus fuerit.

§. 6. Vice - Comes de omni repositione peracta, vel denegata, Universitati Comitus relationem præstet, & in casu impedite repositionis brachium semper in Generali Comitus Congregatione determinetur.

§. 7.

§. 7. Ad casum personalis, vel realis interessentiæ, aut legalis impedimenti utriusque Vice-Comitis surrogatio pro ~~actu~~ repositio-nis in Generali Congregatione fiat.

De Actorum in Locis Credibilibus existen-tiis Registratione, & poena Articuli II. 1764. præscripta, etiam ad casus negle-ctæ Registrationis extensa.

A R T I C U L U S XIV.

Ad procurandam Juribus Regnicolarum securitatem, quæ ex indigesta actorum in locis credibilibus existentium mole periclitari potest, Sua Majestate Sacratissima benigne annuente, statutum est:

§. 1. Ut Capitula & Conventus, quo-rum fidei Literalium Documentorum Jura, Regnicolarum concernentia, conservatio credita est, ad celeriorem actorum indigesto-rum Registrationem, debitamque eorum con-servationem obligentur.

§. 2. Poena vero in Articulo II. 1764. præscripta etiam ad casus neglectæ Littera-rum, in locis credibilibus conservatarum, Re-gistrationis extendatur.

De

*De Securitate Archivis ordinariorum Regni
Judicum, & eorum Magistrorum Proto-
Notariorum procuranda.*

ARTICULUS XV.

Ut ampliori Regnicolarum securitati prospiciatur, Status & Ordines cum benigno annutu Suæ Majestatis Sacratissimæ decernunt, ut Archivum D. Regni Palatini, & Judicis Curiæ Regiæ in loco & æde Regnicolaris Archivi Budæ, Archivum autem tam Personalis Præsentia Regiæ, quam & duorum Magistrorum Protonotariorum, Palatinialis quippe, & Judicis Curiæ, sigilla habentium, in loco & æde Curialis Archivi Pestinitioris conservationis causa sub eorum securitate servetur, eo alioquin intellecto: quod quasvis expeditiones, sicut hactenus, ita etiam imposterum sub suis sigillis facere possint.

De procuranda Bonificatione Provisionis per Jurisdictiones sive auxiliari, sive Suae Majestatis Sacratissimæ Militiae præstite.

ARTICULUS XVI.

Erga demissam Statuum & Ordinum Repræsentationem Sua Majestas Sacratissima cle-

clementer resolvere dignabatur, se benigne disposituram esse: ut Jurisdictionibus, quæ si-
ve Majestatis Sacratissimæ Militiæ intentionem, se erga assecuratam pretii forensis
bonificationem præstitisse legitimarunt, aut
legitimabunt, promissa in pretio forensi boni-
ficiatio fiat; & in defectu præscriptarum pro-
barum, aliorum etiam legitimorum adminicu-
lorum, quæ in vim probæ producta fuerint,
Suam Sacratissimam Majestatem clementissi-
mam reflexionem habituram esse.

*De operibus Hydraulicis privatorum sum-
ptibus perficiendis,*

ARTICULUS XVII.

Benigne annuente Sua Majestate Sacra-
tissima, circa opera hydraulicæ privatis ex-
pensis effectuanda decernitur: quod si potior
cointeressatorum pars opera hydraulicæ, ad
noxias fluviorum exundationes præcavendas
necessaria, expensis suis perficienda resolute-
rit, possessores in consortium hujus operis
venire haud volentes ad supportandas pro
rata sua expensas stringi quidem nequeant,
liberum tamen erit cæteris Dominis Terre-
stribus operationes tales ad proprios sumptus,
accedente prævio concernentis Jurisdictionis
consensu, & benigna Suae Majestatis Reso-
lutio.

lutione, via Consilii Regii Locumtenentialis supperinde obtenta, præmissaque plenaria partium interessatarum Indemnisatione, effeciui mandare; succedenteque opere beneficia, ex novo hoc opere resultantia, in rata parte concurrere nolentium eousque in sequestro tenere, donec impensos sumptus sequestrati proventus compensaverint.

De praefanda Jurisdictionibus illis indemnitate, quæ sub Regimine Imperatoris Josephi II. ad fundum concurrentiam & deperditalem summas pecuniarias administrarunt.

ARTICULUS XVIII.

Publicis Regni Jurisdictionibus illis, quæ sub Regimine Josephi II. Imperatoris ad concurrentiam & deperditalem fundum summas pecuniarias contulerunt, relate ad id, quod per eas præstitum est, semet indemnissari potentibus, Sua Majestas Sacratissima clementer declarare dignata est:

§. I. Quod apud Consilium Regium Locumtenentiale benigne dispositura sit, ut de præstita fundi concurrentialis, & deperditalis quantitate, requisitam altefatæ Sua Majestati præstet informationem; eaque acce-

pta,

pta, clementissimam postulati hujus rationem habere dignabitur.

Relate ad hungaricorum Productorum in proprias Regnicolarum necessitates ad vicinas Suae Majestatis Provincias in & evehi solitorum, à Tricesimis, & Teleniis immunitatem Articulus 14. 1723. renovatur.

ARTICULUS XIX.

Ad duplicem Regnicolarum in eo positam querimoniam: quod in obversum Articuli 17. 1630. 46. 1662. & 14. 1723. a productis hungaricis in necessitates suas proprias, & domesticos suos usus ad vicinas Suae Majestatis Sacratissimæ Sceptro subjectas Provincias, Austriam utpote, Styriam, & Moraviam, in & evehi solitis, in ejatibus Tricesimis & Teleniis taxentur; Sua Majestas Sacratissima clementer declarare dignata est:

§. 1. Benigne semet curaturam, ut cito legibus: signanter vero Art. 14. 1723. satisfiat.

De damnis per fluens sabulum causari solitis avertendis, & de modo plagas eodem occupatas utiles reddendi.

ARTICULUS XX.

Cum in pluribus Regni partibus obser-
vetur fluens sabulum, nulli prorsus usui de-
serviens, integros Tractus ad plura millaria
potens occupare, utiles terras de die in
diem ampliori ac rapaciori progressu incola-
rum usui eripere, jamque integra territoria
sterili sabulo oppressa effe.

Ut mali hujus ulterior progressus salvo
proprietatis Jure opportunis mediis, & ea,
quæ publicæ utilitatis respectus exposcit, effi-
cacia impediri valeat, Sua Majestate Sacra-
tissima benigne annuente, Status & Ordines
constituerunt:

§. 1. Ut si in omnibus sabulosis plagis
de sistendo per Sylvarum implantationem,
vel alia quacunque ratione ulteriori sabuli
fluxu Compositores inter se convenire non
possent, ad Instantiam partis, quæ hujusmodi
plantationem suscipere vellet, Jurisdictio Vi-
ce-Comitem cum sibi adjungendis exmitte-
re debeat, idemque præmissa literatoria insi-
gnatione instituta sabulosæ territorii partis
investigatione, & dimensionis, plantationis-
que

que necessitate comperta, ratam cuiuslibet a proportione actualis intravillani possessori, in prædiis vero fatalitatis manu geometrica, modo provisorio, quin semet ad disquisitionem Jurium immittat, aut per hoc legalibus aliorum Juribus præjudicetur, adeoque Juris via etiam quoad legalem proportionem in salvo relicta, exscindere, super operato vero suo Universitati Comitatus relationem præstare teneatur.

§. 2. Particulæ cespitosæ pariter communes, quæ ejusmodi sabulo interjacent, ex calculo plagæ, quæ emendanda suscipietur, non subducantur; verum ratæ illius, cui obtigerint, includantur. Vice-Comes tamen reflectet, & Jurisdictiones invigilabunt, ne Sylvarum plantatio pro prætextu restrictionis pascui, ubi illud alioquin insufficiens esse dignosceretur, ullo in casu deserviat.

§. 3. Cum pascuatio Sylvarum incremento absolute obstatet, hæc in plagiis, quæ implantatæ sunt, usque dum arbores ad eam altitudinem excreverint, ut pecora inter has absque nocimento pasci valeant, sub poena violentiæ attentari prohibeatur, quoad damnæ vero per furtivas succisiones, aut decorticationes illata, prævigentes leges observentur.

§. 4. Pro casibus renitentiae, aut turbationis provisione Articuli 23. 1802. §. 3. hoc quoque extensa.

De Conservatione Sylvarum.

A R T I C U L U S XXI.

Ut Sylvarum devastatio, seu ~~illa~~ ex causa dilapidationis, sive quod possessorum ambiguæ liti, aut metali controversiæ subiectum sit, sive denique ob compositionem irregulatum eveniat, ad mentem Articuli 57. 1790/1 efficacius præpediri possit, circa Sequestrum devastatoribus imponendum, annuente Sua Majestate Sacratissima, sequentia adhuc statuta sunt:

§. 1. Ubi primum per eos, quos res successionalis Compossefforii, aut alio quocunque legali titulo concernit, devastatio Sylvarum Comitatui delata fuerit, idem pro peragenda investigatione expositionis Deputationem emitte, quæ comperto eo, quod querulata pars in succisione Sylvæ modum, quem succrescentiæ ratio exigit, manifeste excesserit, vel quod succisio extra manifestum necessitatis casum eo tempore, & eo modo suscepta sit, quibus reprobationem stipitum necessario interire oportet, aut si succisione facta

cta succrescentiae per ordinarios conservatio-
nis modos prospectum non sit, vel denique si
extirratio Sylvarum in tali loco suscepta
habeatur, qui alteri usui idoneus non est,
proinde eradicatis arboribus inutilis reddi-
tur, ulteriorem Sylvæ succisionem sub pœ-
na in devastatores constituta instantanee pro-
hibebit, Comitatui vero in primitus celebran-
da Generali Congregatione tam de comper-
tis referret, quam de modo inducendi pro re-
nata Sequestri, constituendo item Curatore,
illiusque remuneratione, & activitate, non
secus Sylvæ cæsura per tempus Sequestri ob-
servanda, auditis quod hæc tam querulantibus
& querulatis quam artis sylvanalis peritis, ha-
bita item annualis Sylvæ succrescentiae, quali-
tatis & extensionis ratione, opinionem propo-
net, qua præhabita Jurisdicção pro circumstan-
tiarum exigentia Sequestrum decernet, ac ea,
quæ erga Deputationis relationem ordinaverit,
mox in effectum deduci curabit.

§. 2. Cum Sylvæ his temporibus sub
Sequestrum sumptæ sub prætextu moderati-
usus, sub ipso Sequestro non raro desolatæ
exstiterint, ne dehinc hujusmodi usus, qui
certis limitibus universaliter vix regulari po-
test, devastationibus ansam præbeat, consti-
tuitur: ne decussio arborum sequestratæ Syl-
væ ulli Possessorum libera sit, verum hanc
juxta instructionem a Jurisdictione accipien-
dam

dam, ipse Curator Sequestri peragi faciat, hac peracta, in Sylvis ad purum unius Dominum spectantibus desecta ligna Proprietario consignabit, in aliis per plures Compossessores tentis, si inter Compossessores de clavi observandæ proportionis nullum sit dubium, desecta ligna inter eos observata hac clavi dividet; si vero nulla talis præexistenter clavis, nec de hac interim aliter, usque videlicet determinium litis proportionalis observanda Compossessores inter se convenienter, eadem ligna currenti pretio distrahet, & pecuniam exinde percipiendam sub Sequestro conservabit; si qui autem Compossessorum se lignis provideri cuperent, hæc iis erga currentis premium suppeditabit, illud tamen, nisi sponte solvere voluerint, ab ipsis non exiget, verum ad ratam cuiusvis prænotabit, cum exitu Sequestri singulæ parti imputandum. Ubi demum pro lignatione focali decidua, prostrata, & humi jacentia ligna suffecerint, his tam Compossessores, quam & puri possessorii Domini ad præmissum usum quoad usque præsertim ob præcedentem devastacionem annua cæfura institui nequiret, contenti esse tenebuntur.

§. 3. Ut autem violatio Sequestri in futurum eo certius antevertatur, in contraventientes pœna 200 florenorum in duabus tertiiis ad necessitates Comitatus, in una ter-

tia vero Sequestri Curatori cedentium toties quoties actore Fisco Magistratuali coram sede judiciaria præter & ultra damna, in mixto Compossefforio aliis illata, expensas item in litem factas, aut aliter causatas, incluso etiam Fisci Honorario desumenda statuitur; quoad alienæ Sylvæ invasores prævigentium legum dispositione in salvo relictæ.

§. 4. Curatori vero sub responsionis onere strictissime incumbet quemlibet prævaricationis casum instantanee ipsi Jurisdictioni, vel proximo Magistratuali detegere; erga cuiusmodi insinuationem comperta prævie per præmittendam investigationem prævaricatione, Jurisdictio contra excedentem, nullo majoris, vel minoris damni respectu habito, fiscalem actionem ad desumptionem constitutæ pœnæ determinabit, neque eidem jus ejusmodi pœnam, vel actionem ad illius desumptionem directam relaxandi competit.

§. 5. Quod si autem prævaricator e bonis suis satisfactionem præstare non posset, pro ratione facti pœna arbitraria coeretur, Fiscus vero Magistratalis, ne impunitate ulteriores excessus provocentur, causam intra annum concludere tenebitur.

§. 6.

§. 6. Pascuatio in Sylvis succissis, aut procurandæ succrescentiæ scopo in culturam sylvanalem sumptis, seu Sequestro subiectis, seu secundum lignisecia usuatis, qualiter sit admittenda, ipsa Jurisdicō determinabit, & si quis intra annos, per Jurisdictionem a pascuatione exemptos. & prohibitos (qua in re recenter succissis Sylvis id pro norma observandum erit, ut prohibitio non ultra extendatur, quam apices germinum eam altitudinem attigerint, illudque robur habeant, ut per pecora depasci negant) vetitam pascuationem studiose attentaverit, devastationis Sylvæ reus habeat, & præattactæ pœnæ subjaceat. Si tamen incursum pecorum non fraude, sed casu contigerit, tantum damnum, & consuetum in illo loco domesticæ prohibitionis onus præstabitur.

§. 7. Ubi Jurisdictiones capras nocivas judicaverint, earum intentionem sub pœna confiscationis, & refusionis damni interdicent.

§. 8. Sequestrum eosque durabit, donec desolationis causa cessante, auctoritate Magistratuali sublatum non fuerit, aut in easu inducendæ proportionis Processus eatenus motus terminabitur.

§. 9. Cuilibet Compossefforum in Sylvæ, dumeti, vepreti, aut saliceti Compossefforio non regulato constitutorum liberum erit, scopo etiam melioris culturæ, & conservationis, quæ ob promiscuum usum obtineri vix potest, fine proportionatæ Sylvatum subdivisionis assistentiam Magistratus, & impositionem Sequestri, quod hoc in casu, nisi præcedentes inter Composseffores conventiones, & Sylvarum regulationes obstarant, semper poni debet, desiderare.

§. 10. Ne autem in Compossefforatu ii, qui Sequestro ansam non dederunt, illius onere ultra justum graventur, liberum cæteris etiam Compossefforibus relinquitur, ut item ad proportionatam ratarum exscissiōnem mox post ordinatum Sequestrum erigant, quæ ut eo celeriorem cursum habere possit, sequentia constituuntur :

§. 11. Actor mox ac item movere intendit, dimensionem actionalis Sylvæ instituat, mappamque ad communes Compossefforatus sumptus conficiendam in primordiis Processus exhibere conetur. Ne autem hujus confectione factio Compossefforum retardetur, omnis præmisso scopo, prævie in Generali Comitatus Congregatione declarando, instituendæ Dimensionis & Mappationis turbatio sub poena Violentiæ toties, quoties
Acto.

Actoratu partis læse defumenda prohibetur, & ne interea etiam, donec lis ad defumptionem pœnæ definita fuerit, cursus causæ adhæreat, ac ut dimensio in effectum perducatur in casu continuandæ renitentia Jurisdictio erga recursum Actoris ad expensas renitentis sufficientem assistentiam ordinabit.

§. 12. Cum in Composessorio sæpe causæ occurrant, ut præter actualem intravillani Possessorem ad usum Sylvæ alii quoque partim ex reservatione divisionali, partim ex enata intermedio tempore successione, partim denique ex præhabito ejusdem usus exercitio Jus forment; ne horum omnium citatiō, cum plerumque in dissitis locis resideant, & ignorentur, motioni litis impedimentum ponat, sufficiet illos, qui ad publicam notorietatem in actuali intravillani, vel Sylvæ objectum litis constituentis possessorio, & usu constituuntur, forma per Leges præscripta citare; quoad cæteros vero, qui continuum usum non exercent, nec in loco residentem hominem habent, ac ideo ignorantur, terminus movendæ litis per Circulares, via Consilii Regii Locumtenentialis Hungarici publicandus erit, & iidem erga hujusmodi citationem comparere tenebuntur, liceat tamen ipsis usque finalem causæ determinationem semet ad litem dum & quando ingere, suaque Jura tueri. Si tamen in lite

ob

ob qualemque incidens non stetissent, executionem oppositione impedire nequeant. Mutatio Possessorii per translationem necessitatem continuativæ citationis non inducit; verum transferens ejusmodi mutationem in lite insinuare, emptor vero absque ulla citatione litem ingredi tenebitur.

§. 13. Cum partium intersit, ut erēta hujusmodi lis quo ocyus ad finem perducatur, partibus hac lite agentibus non solum per tempus fixorum Judiciorum, quæ in quibusdam Jurisdictionibus vigent, verum toto Juris generalium Regni Judiciorum termino agere incumbet, neque iis ultra Duplicam in exceptivis, & Triplicam in merito, Allegationes sub nullitate earundem inducere licet. Judex præterea, quoties necessarium viderit, pro dandis responsis terminum deliberative præstituet.

§. 14. Appellata ad Sedriam intra Dominium, abinde vero extra Dominium competit; ut autem revisio omnimode acceleretur, decisa lite, procedens Vice-Comes eandem prima celebrationis Publicorum occasione Comitatui referet; Comitatus vero in proxima Sedria præferenter revideri faciet.

§. 15. Ad remorandum causæ hujus cursus nulla prorsus Mandatorum species suf-
fra-

fragabitur, ne Prorogatoriis quidem exceptis; huc tamen non intellectis Mandatis erga præviam a Jurisdictione accipiendam informationem, ex majore Cancellaria expediri solitis. Cum enim hic de regulando duntaxat usu, & fructu agatur, præterea via novi in salvo maneat, extraordinarii remedii necessitas nulla adesse dignoscitur.

§. 16. Provisio Legis hujus non tantum ad Sylvas inter Compositores ejusdem territorii communes, verum etiam ad eas, quæ in communione plurium Possessionum nullis metis interjacentibus constituuntur, nisi metalis controversia remonstrata fuerit, vel Metales usu roboretæ producerentur, extensa esse declaratur.

§. 17. Ne per ædificiorum ex lignis materialibus constructionem Sylvæ desolationi exponantur, Coloni & Inquilini eo publica Jurisdictionis auctoritate adstringantur ut in posterum ædificia quævis (exceptis loculiginosis, & exundationi obnoxiiis) non amplius ex lignis, verum vel ex solidis materialibus, vel demum ex crudis, ægyptiacisque tegulis, aut demum ex limo, terraque constipata ponant; alioquin Dominia terrestria ab obligatione assignandorum pro parietibus lignorum in futurum immunia, & absoluta declarantur.

§. 18.

§. 18. Non sicut arbitrarie extirpationes, absque positiva Dominii concessionē, Colonis sub incursū pœnæ corporalis, & damni refusione simpliciter interdicantur, eo adjecto, quod si has suscipere attentarent, ejusmodi plagas Dominium absque ulla bonificatione usibus suis reapplicare possit.

§. 19. Ubi proportio in Compossefforatu jam introducta est, Sylvæ nihilominus ob reservatum in iisdem commune Pascuum ita, prout earum incrementum posceret, excoli nequirent: admittitur Compossefforibus, ut ratam suam non obstante prævigente usu, aut conventione quilibet eorum in Sectiones dividere, & a pascuatione, quoad hæc succrescentiæ noxia esse posset, in parte illa, quæ succisa, aut procurandæ succrescentiæ scopo in culturam sylvanalem sumpta est, in conformitate superius factæ dispositionis prohibere possit. Ne tamen in terrenis in populatis uno eodemque tempore omnis præhabitii Pascui usus intercludatur, tam in Sectionum designatione, quam & ipsa successione eo reflectendum erit, ne prohibitione ad semel major extensio afficiatur, quam necessarii Pascui usus admittit, ac in hac etiam cautum sit, ne intermixtione plagarum liberarum, & prohibitiarum pascuatio impracticabilis reddatur.

*De inducenda tam quoad Mensuras, quam
& cursum Monetae Uniformitate.*

ARTICULUS XXII.

Benigne annuente Sua Majestate Sacratissima, in sequelam Art. 14. 1729. Status, & Ordines decreverunt:

§. 1. Ut pro basi inducendæ tam relate ad arida, quam & fluida æqualitatis mensuræ, reliquis sublatis, urna duntaxat Posoniensis 64. mediarum, ac pariformiter orgia etiam & ulna, non secus & metreta Posoniensis itidem 64. mediarum, sive justarum capax stabiliatur; quia tamen submontanarum partium reflexe ad locales earundem circumstantias distincta effet ratio.

§. 2. Partes strictæ submontanæ in moderno usu vasatim consuetæ vinorum venditionis relinquuntur, ita tamen, ut vasorum pro submontanis vinis deservientium, capacitas juxta mensuram Posoniensem ad $2\frac{3}{4}$ urnas inalterabiliter defigatur.

§. 3. Ad defraudationes Vietorum efficaciter antevertendas generaliter statuitur: ne

ne vasa per eos præparata sub pœna confi-
scationis veni exponantur, antequam capa-
citas per localem Magistratum explorata,
in que signum authentiae vasi stigma Jurisdi-
ctionis, capacitatem indigitans, inustum fue-
rit, usu vasorum defectuosorum tam Nobil-
ibus, quam Ignobilibus sub pœna Art. 71.
1659 interdicto; quod si vero localis Ma-
gistratus fiducia publica abuteretur, & frau-
di Vietorum connivendo, defectuoso vasi
stigma inusserit, idem arbitrariæ pœne sub-
jiciatur. Hujus porro in consequentiam

§. 4. Terminus pro conformandis uni-
formi capacitati mensuris, æqualitatis men-
surarum tam aridorum, quam fluidorum
initium sumet cum Festo Sancti Joannis
Baptistæ, in diem 24. Junii anni 1808 in-
idente.

§. 5. Vietores attamen mox a publica-
ta lege dispositioni huic semet conformare
tenebuntur.

§. 6. Cum a localibus circumstantiis,
& præcipue lignorum pretio pendeat, quid-
nam titulo Taxæ stigmatisationis dependen-
dum sit? Taxæ stigmatisationis determina-
tio, localibus circumstantiis conformanda,
Jurisdictionibus publicis defertur.

Ad

Ad præcavendas porro, quæ ex diffor-
mi pecunias numerandi methodo in nonnul-
lis, sed cum primis superioribus Regni par-
tibus contingere solent, quæstorum damni-
ficationes, quæstum item, & commune com-
mercium facilitandum statuitur:

§. 7. Ut Uniformitate in numeranda pe-
cunia, adminiculo Rhenensium florenorum
universaliter inducta, reliquæ florenorum spe-
cies ubivis locorum sufferantur.

§. 8. In excedentes vero, & Legis
transgressores concernentes Jurisdictiones pro-
ratione conditionis excedentium animadver-
tant.

*De Nobilium, aliarumque privilegiatarum
Personarum in Confiniis etiam observan-
da immunitate.*

A R T I C U L U S XXIII.

Ad præcavendas in Confiniis Nobilium,
aliarumque privilegiatarum personarum ta-
xationes, Sua Majestate Sacratissima beni-
gne annuente, Status & Ordines decreve-
runt:

§. 1. Ne seu Nobiles, seu Cives, aliæ-
que privilegiatæ Personæ Taxæ desum-
ptione

ptione in Vadis, Naulis, & Teloniis per Confiniarias militares Præfecturas in obversum Regni Legum graventur, quos cæteroquin Sua Majestas Sacratissima reiteratis ad Præfecturas militares inferiores super eo dimisis mandatis de consequenda indemnitate securos esse jubet, Leges autem Regni eatenus per Præfecturas militares observari faciet.

§. 2. Præterea ne ii, qui Fruges devehunt, & Passualibus civilium suarum Jurisdictionum provisi sunt, alias Passuales a Præfecturis militaribus excipere teneantur, salva tamen ad casum, quo externæ securitatis circumstantiæ aliud exigerent, Suae Majestati Sacratissimæ oportuna disponendi facultate.

*De Bibliotheca Hungarica Széchényiano
Regnicolari.*

ARTICULUS XXIV.

Grata mente recolunt Status & Ordines Regni Hungariæ illam Comitis Francisci Széchényi Cubiculariorum Regalium Magistri liberalitatem, studiumque erga incrementum publici commodi, quod vestigia laudabilis memoriæ Antenatorum suorum premendo, amplam, lectamque Bibliothecam

cam suam, Nummos item rariores, & Arma insignium Familiarum, uti etiam Mappas, ac Icones, nec non Manuscripta, peculiari cura, sumptibusque per se collecta, usibus Nationis Hungaræ, pleno Jure transcriptipserit, hisque fundamenta erigendi Musei Nationalis zelo laudabili posuerit.

Status & Ordines Regni, insigne hoc, & imitatione dignum studium, ut ejus in publicis etiam Regni Legibus memoria supersit, benigne annuente Sua Majestatete Sacratissima inarticulandum decreverunt.

De Possessionibus Drenovbok, Krapje, Jeszenovacz, & Puszka Confinio, & Jurisdictioni Banali restitutis.

A R T I C U L U S XXV.

Status & Ordines Regni, Partiumque adnexarum demissas Suæ Majestati Sacratisimæ agunt gratias, quod Possessionum Drenovbok, Krapje, Jeszenovacz, & Puszka ad Confinium Banale, & Jurisdictionem Banalem reapplicationem resolvere, & effectum quoque benignæ Resolutionis Suæ procurare dignata sit.

De

De Fidedignitate Loci Credibilis, Capitulo Bosnensi, seu Diakovariensi Jure postliminii restituta.

ARTICULUS XXVI.

Capitulo Bosnensi, seu Diakovariensi Fidedignitas Loci Credibilis, testante Titulo 21. Partis 2. præhabita, Sua Majestate Sacratissima benigne annuente, Jure postliminii restituitur.

De Sessione, Ablegatis Urbis Buccari in Comitiis assignata.

ARTICULUS XXVII.

Urbe Buccari per Articulum 67. 1790 si jam recepta, ejusdem quoque Ablegatis, accedente benigno Suæ Majestatis Sacratissimæ annutu, sub Regni Comitiis in Tabula Statuum competens Sessio, & Votum assignatur.

De Locorum diversis Regni Jurisdictionibus subjectorum Tractamento.

ARTICULUS XXVIII.

Ad removenda impedimenta illa, quæ propter Loca in plures Jurisdictiones divisa,

sa, prout & alia Loca inclavata, relate ad publicam Administrationem, & Manipulationem subversantur, benigne annuere dignabatur Sua Majestas Sacratissima:

§. 1. Ut Commissiones Articulares pro Locis illis, quæ pluribus Jurisdictionibus adjacent, uni Jurisdictioni applicandis, ordinentur.

§. 2. Quarum quidem Commissionum obligationis erit, ut auditis prævie Jurisdictionibus, & concernentibus Dominiis Terrestrialibus, seu succedat coalitio inter Jurisdictiones, seu non, rem pro justo, & æquo decidant.

§. 3. Contributionem vero illam, quam pars Possessorii alteri Jurisdictioni applicandi, prius ad alium Comitatum pendebat, in illum, cui applicabitur, Comitatum transferant.

§. 4. Et in proximis Regni Comitiis Relationem super exmissione sua praestent, pro Jurisdictionum securitate inarticulandam.

§. 5. Cujus in Consequentiam nominantur sequentes Commissarii, et quidem:

Ad Districtum Cis-Danubianum.

comes Stephanus Illésházy de Eadem
S. C. R. A. Majestatis Actualis Intimus Status
Con-

Consiliarius, Comitatuum Liptó, et Trenchén Perpetuus Suprem. Comes; Comes Nicolaus For-gách de Ghémes, et Gács, Camerarius Regius; Comes Sigismundus Berényi de Karáncs - Be-rény Camerarius Regius; Joannes Szent-Iványi de Eadem Consiliarius Aulicus, et Tabulae Se-ptemviralis Assessor ; Ladislaus Majthényi de Kesselökő Consiliarius Regius; Georgius Szer-dahelyi de Nitra - Zerdahely Camerarius et Consiliarius Regius, Comitatus Nitriensis Or-dinarius Vice Comes; Comitatuum item Tren-chiniensis, et Comaromiensis Vice-Comites.

Ad Districtum Trans-Danubianum.

Baro Josephus Podmaniczky, Actualis Intimus Status Consiliarius , Comitatuum Ba-csiensis , et Bodroghiensis articulariter unito-rum Supremus Comes; Comes Josephus Zsi-gray de Alsó - et Felső Surany ; Ignatius Be-zereedi de Eadem Consiliarius Aulicus ; An-tonius Talliéen de Vizek Eques Auratus , Con-siliarius Regius, Aulae Regiae Familiaris , et Tabulae Regiae Judiciaiae Assessor ; Ladis-laus Cseh Comitatus Tolnensis Vice - Co-mes; Ignatius Markus Comitatus Veszprimien-sis Ordinarius Notarius; Comitatuum item Jau-rinensis , et Sümegehiensis Vice-Comites.

Ad Districtum Cis-Tibiscanum.

Baro Gabriel Prónay de Tóth- Prona, Comitatus Gömöriensis Supremus Comes; Comes Franciscus Schmidegh, Camerarius Regius; Barnabas Fay de Eadem Consiliarius, et Tabulae Septemviralis Assessor; Nicolaus Király de Szathmár, Consiliarius Regius, et Comitatus Gömöriensis Vice- Comes; Gabriel Lónyay de Eadem Camerarius Regius, & Comitatus Zempliniensis Ordinarius Vice-Comes; Sárosiensis item, et Hevesiensis Comitatum Vice- Comites.

Ad Districtum Trans-Tibiscanum.

Baro Nicolaus Vécsey de Hajnácskő Camerarius Regius, Intimus Status Consiliarius, Comitatus Szathmariensis Supremus Comes, Cameralis Administrationis Cassoviensis Administrator; Baro Nicolaus Vay de Vaja Camerarius Regius; et Generalis Campi Vigilarum Praefectus; Josephus Vay de Vaja Consiliarius Regius, et Tabulae Septemviralis Assessor; Martinus Halasy de Dévaványa Consiliarius Regius; Ludovicus Rhédey de Kis-Rhéde, Camerarius Regius; Comitatuum item Bihar, et Békes Vice- Comites.

De Accommodatione inter Comitatum Hevesiensem, & Borsodiensem ab antiquo vigentis Jurisdictionalis Controversiae.

A R T I C U L U S XXIX.

Ad sopiendam, quæ inter Comitatum Hevesiensem, & Borsodiensem ab antiquo viguit, Jurisdictionalem controversiam, Sua Majestate Sacratissima benigne annuente, Status & Ordines decernunt:

§. 1. Ut Agria ex toto, huc intellecta etiam transfluviali parte, quæ una cum Prædiis Szöllöske, Czegléd, Tihamér, & All-Magyar hactenus ad Jurisdictionem Comitatus Borsodiensis pertinehat, per ordinatam sub his Comitiis ad Districtum Cis-Tibiscanum Commissionem Articularem, Jurisdictioni Comitatus Hevesiensis integre, & præterea prænuncupata etiam quatuor prædia subjiciantur.

§. 2. Agria proinde in posterum separatas portas non habebit, sed portæ, quæ hactenus eidem admensæ erant, portis Comitatus Hevesiensis adnumerabuntur, per consequens Agria juxta separatas portas non tractanda instar aliorum Comitatus Hevesiensis loco-

locorum, per eundem Comitatum dicabitur,
& in contributione quoque eidem suberit.

§. 3. Quod vero Comitatui Borsodiensi
decedet, eidem per æquivalens cambium Co-
mitatus Hevesiensis compensabit.

§. 4. Præmissorum autem effectum ex-
missa per Articulum 28. 1807. Regnicolaris
Commissio procurabit, desuper Relationem
in proximis Comitiis factura.

*Ad dirimendas metales Limitum Quæstio-
nes inter Comitatum Bacsiensem, Verö-
czensem, & respective Syrmensem sub-
versantes Commissio ordinatur.*

ARTICULUS XXX.

Ad metales limitum Quæstiones, quæ
relate ad plagam Zsiva, & certas quasdam
Insulas, quas Danubius circumfluit, inter Co-
mitatum Bacsiensem, Veröczensem, & res-
pective Syrmensem vertuntur, pro justo di-
rimendas, benigne annuente Sua Majestate
Sacratissima, Commissio ordinata est.

Hujusque in consequentiam nominati
sunt Commissarii:

Comes Antonius Aponyi de Eadem Camerarius Regius, Intimus Status Consiliarius, & Comitatus Tolnensis Supremus Comes; Comes Franciscus Györy de Radvány, Camerarius Regius; Comes Henricus Sermage; Franciscus Bay de Ludány, Consiliarius Regius, & Tabulae Regiae Afferentor; Josephus Hertelendi de Eadem, Consiliarius Regius, & Comitatus Torontáliensis Vice-Comes; Comitatum item Baranyiensis, & Posegani Vice-Comites.

De Differentiis quoad limites Regni cum vicinis Provinciis determinandis, & Metis certificandis Commissarii Regni denominantur.

ARTICULUS XXXI.

In sequelam Articuli 26. 1802. renovata hic loci ejusdem Dispositione, Sua Majestate Sacratissima benigne annuente, Status & Ordines decernunt:

§. I. Ut limitaneæ Commissiones per articulares Regni Commissarios jam terminatae, & decisæ, prævia benigna Ratificatione, Executioni mancipentur, indecisæ autem continentur, ac quæ per privatas Dominorum terrestrium conventiones consopitæ essent, per

per eosdem Articulares Commissarios reaffi-
mantur, ac pro justo & æquo determinantur;
De progressu vero, & affectu operationum
suarum in futuris Comitiis Relationem præ-
stare teneantur.

§. 2. Siquidem autem ad revidendas &
determinandas finitimas Regni hujus cum vi-
cinalis Provinciis controversias, in Articulo
26. 1802. denominati Commissarii, qui vide-
licet Commissiones suas nondum terminassent,
vel medio tempore emortui, aut ob alias cau-
fas, & rationes impediti essent, Eadem Sua
Majestate Sacratissima benigne annuente, per
Status & Ordines denominantur sequentes
Commissarii:

Versus Moraviam:

Comes Josephus Szapáry de Eadem,
Perpetuus in Murai-Szombath, S. C. R. A. M.
Camerarius, Actualis Intimus Status Confilia-
rius, Comitatus Mosoniensis Supremus Co-
mes, & per Districtum Literarium Posonien-
sem Regius Superior Studiorum Director;
Comes Aloysius Batthyáni S. C. R. A. M.
Camerarius; Comes Franciscus Amade de
Várkony, S. C. R. A. M. Camerarius;
Adalbertus Prileszky de Eadem, Abbas S.
Spiritus de Báth-Monostra, Cathedralis Ec-
cle-

clesiæ Nittriensis Canonicus; Alexius Rákovsky de Eadem, Tabulæ Districtualis Cis-Danubianæ Affectus; Georgius Szerdahelyi de Nitra-Zerdahely, Comitatus Nittriensis Affectus. Item Nittriensis & Trenchinensis Comitatuum Vice-Comites.

Versus Styriam.

Leopoldus Somogyi de Perlak, Episcopus Sabariensis, Præpositus SS. Salvatoris de Pápocz, & Cathedralis Ecclesiæ Jaurienensis Canonicus; Comes Emericus Festetics de Tolna S. C. R. A. M. Camerarius. Stephanus Ebergényi S. C. R. A. M. Consiliarius; Michael Zarka Tabulæ Districtualis Trans-Danubianæ Affectus. Josephus Boronkay de Eadem. Item Castriferrei, & Szaladiensis Comitatuum Vice-Comites.

Versus Styriam & Carnioliam.

Ex Parte Regnum Croatiæ, Sclavoniæ &c. cointelligenter cum Commissione versus Styriam ex respectu Differentiarum Comitatus Szaladiensis: Maximilianus Verhovácz, Episcopus Zagrabiensis, S. C. A. M. Actualis Intimus Status Consiliarius. Comes Adamus Orfich S. C. R. A. M. Camerarius.

rius. Franciscus Ponekovich Tabulæ Bana-
lis Aſſessor. Item Zagrabieusis, & Varasdi-
nensis Comitatuum Vice-Comites.

Versus Galliciam.

Comes Joannes Philippus e Comitibus
Sztaray de Nagy-Mihály, S. C. R. A. M. Ca-
merarius, & Comitatus Unghvárienſis Supre-
mus Comes. Comes Emanuel Csáky de
Keresztszeg, S. C. R. A. M. Camerarius.
Barnabas Fáy de Eadem Tabulæ Septemvi-
ralis Aſſessor, S. C. R. A. M. Consiliarius.
Michael Töke de Csepányfalva S. C. R.
A. M. Consiliarius. Josephus Lánczy de
Eadem, Comitatus Tornenſis Ord. Vice-Co-
mes, S. C. R. A. M. Consiliarius. Item
Scepusiensis, Saroſiensis, Unghvárienſis, Be-
reghienſis & Zemplinienſis Comitatuum Vi-
ce-Comites.

Versus Transylvaniam.

Petrus Klobusiczky de Eadem Episco-
pus Szathmariensis. Comes Joannes Bar-
koczy de Szala S. C. R. A. M. Camera-
rius. Franciscus Bay de Ludány Tabulæ
Regiæ Judriæ Aſſessor, S. C. R. A. M.
Consiliarius. Paulus Berzeviczy de Eadem,
Ta-

Tabulæ Districtualis Trans-Tybiscanæ Assessori, & Comitatus Csongrád Ordinarius Vice-Comes. Wolfgangus Ibrányi de Vaja. Item Bihariensis, Szathmáriensis, & Marmarosiensis Comitatuum Vice-Comites.

§. 3. Quantum porro Comitatum Marmarosiensem attinet: Sua Majestas Sacratissima benigne declarat, Reambulationem Metarum inter hunc Comitatum, & secundum Valachicum Regimen absque eo, ut ad decisionem controversorum limitum procedatur, fine præcavendarum ulteriorum collisionum ordinatam fuisse, & ut Instrumento superinde confiendo clausula: *Salvis tamen Regni Hungariae, & Transylvanie limitibus, inferatur, prospexisse.*

§. 4. Denominati igitur per hunc Articulum Commissarii respectu controversiarum cum Transylvanis intercedentium Reflexionibus, & Argumentationibus dicti Comitatus Marmarosiensis, etiam contra adjudicatorias Rakoczyanas adducendis, & in Discussionem & Deliberationem juxta dispositionem Articuli 68. 1790. assumptis, Jus & Justitiam Partibus administrabunt.

§. 5. De cætero tam hi, quam & alii vigore hujus Articuli nominati Commissarii mo-

modalitate Art. 26. 1802. procedent, salvo eo, ut in casum mortis, vel legitimi impedimenti aliquorum e denominatis Commisariis Sua Celsitudo Cæsareo Regia Dominus Regni Palatinus alios substituere, & denominare possit.

De Negotiorum, quae hac Diaeta concludi nequiverunt, ad futuram Regni Diaetam remissione.

ARTICULUS XXXII.

Posteaquam complura Regni negotia, & Statuum ac Ordinum desideria sub præsentibus Generalibus Regni Comitiis hac vice assumi, & debite pertractari nequivissent, clementer policeri dignatur Sua Majestas Sacratissima, quod eadem habita etiam Articuli 67. 1791. Reflexione, sub proximis Comitiis intra terminum legalem indicendis assumptura, & pro exigentia Diætarium Tractatum superatura sit.

Conclusio.

Nos itaque demissa memoratorum fidelium Nostrorum Dominorum Prælatorum,

Baro-

Baronum, Magnatum, & Nobilium, cætero-
rumque præattacti Regni Nostri Hungariæ,
& Partium eidem adnexarum Statuum, &
Ordinum supplicatione, & instantia, benigne
exaudita, clementer, & admissa: universos
præspecificatos Articulos, prævio modo No-
bis præsentatos hisce Litteris Nostris de
Verbo ad Verbum inseri, & inscribi fecimus,
eosdemque, ac omnia, & singula in illis con-
tentæ, ratos, gratos, & accepta habentes;
eisdem Regium Nostrum consensum benevo-
lum pariter & assensum præbuimus, Regiaque
pariter auctoritate Nostra approbavimus, ac-
ceptavimus, ratificavimus, & confirmavimus;
securos reddentes prædictos fideles Status &
Ordines, quod omnia, in præinsertis Articu-
lis contenta, tam Nos ipsi observabimus,
quam per alios quascunque fideles nostros
observari faciemus. Quemadmodum accepta-
mus, approbamus, ratificamus, & confirma-
mus harum Nostrarum vigore & testimonio

Lite-

Literarum mediante. Datum per manus fi-
delis Nostris nobis sincere dilecti Spe&tabi-
lis ac Magnifici Comitis Josephi Erdödy de
Monyorókerék, Montis Claudii, & Comita-
tus Varasdinensis perpetui Comitis, prout &
Arcis, Civitatisque ejusdem nominis Hære-
ditarii Capitanei, Camerarii, Consiliariique
Nostris actualis Status Intimi, Dapiferorum
Regalium per Hungariam Magistri, Comita-
tus Nitriensis Supremi Comitis, ac per Re-
gnum Nostrum Hungariæ Aulæ, prout &
Insignis Ordinis S. Stephani Regis Aposto-
lici Cancellarii, in Libera, Regiaque ac
Metropolitana Civitate Nostra Budensi, die
decima quinta Mensis Decembris, anno Do-
mini Millesimo octingentesimo septimo. Re-
gnorum Nostrorum Hungariæ, Bohemiæ, &
reliquorum anno decimo sexto. Reveren-
dissimis, Reverendis item, ac Venerabilibus
in Christo Patribus (Arch-Episcopatu Stri-
goniensi vacante) Comite Ladislao Kolonics
de

de Kollegrad Colocensis, & Bacsensis canonice unitarum, Stephano item Libero Barone Fischer de Nagy-Szalatnya, Perpetuo in Batsko Agriensis, Metropolitanarum Ecclesiastarum Archi-Episcopis; Andrea Bacsinszky Graeci Ritus Catholicorum Munkacsensis; Michaeli Libero Barone Brigo Scepufiensis; Maximiliano Verhovacz Zagrabiensis, Joanne Jessich Segnensis & Modrussensis, seu Corbaviensis; Nicolao Milassin Albaregalensis; Sylvestro Bubanovics Graeci Ritus Catholicorum Crisiensis; Josepho Mártonffy de Csik - mind - Szent Transylvaniensis; Gabriele Zerdahelyi de Nittra - Zerdahely Neosfoliensis; Ladislao Köszeghy Csanadiensis; Francisco Szányi Ressnaviensis; Francisco Miklóffy Magno - Varadinensis Latini Ritus; Andrea Szabó Caffoviensis; Antonio Mandich Bosnensis, seu Diakovariensis, & Syrmensis; Josepho Vilt Jaurinenensis; Leopoldo Somogyi de Perlak Sabatiensis; Se-

re-

renissimo Archiduce Austriae Domino Carolo Ambrofio Administratore Vaciensis; Samuele Vulcan Græci Ritus Catholicorum Magno-Varadinensis; Petro Klobusiczky de Eadem Szathmatiensis; Josepho Király Quintque-Ecclesiensis; (Sedibus Veszprimiensi, & Nitriensi vacantibus) Davide Zsolnay consecrato Tinniniensis; Alexandro Bodonyi de Eadem consecrato Belgradiensis, & Samandriensis; Josepho Petheö electo Drivestenensis; Emerico Libero Barone Perényi electo Bacensis, Josepho Zábráczky electo Vegliensis; Cajetano Comite a Sauer electo Arbensis; Daniele Mitterpacher electo Scutariensis; Paulo Rosos de Szent Király-Szabadya electo Ansariensis; Joanne Arady electo Dulcinensis; Ladislao Comite Csáky de Keresztszegh electo Corezolenensis; Ignatio Baernkopf electo Rosonenensis; Paulo Szegedy de Mező-Szeged electo Cattariensis; Emérico Carolo Raffay electo Pharenensis; Carolo Schar-

Scharlach electo Serbiensis; Georgio Kurbélyi electo Pristinensis ; Nicolao Raufcher electo Makariensis; Ladislao Kamáňházy electo Noviensis Ecclesiarum Episcopis, Ecclesias DEI Feliciter gubernantibus, Serenissimo item Archiduce Austriæ Domino Josepho Regni Nostri Hungariæ Palatino, & Locumtenente Nostro Regio ; nec non Spectabilibus ac Magnificis Josepho Ürményi de Eadem Judice Curiæ Nostræ Regiæ; Comite Ignatio-Gyulay de Maros Németh & Nadas-ka Regnum nostrorum Nostrorum Dalmatiæ, Croatiae, & Slavoniæ Bano; Comite Josepho Brunsvik de Korompa Tavernicorum; Illustrissimo Principe Carolo Pálffy ab Erdöd Curiæ; Comite Francisco Zichy de Vásonkeő Pincernarum; Comite Michaele de Nádasd Perpetuo Terræ Fogaras Janitorum; Comite Francisco Szécsényi de Sárvári Felső Vidék Cubiculariorum; Antelato Comite Josepho Erdödy de Monyorókerék Dapiferorum; Il-

lu-

lustissimo Principe Nicolao Eszterházy de Galantha Nobilis Turmæ Nostræ Prætoreæ Hungaricæ Capitaneo, Comite Josepho Haller de Hallerkeö Agazonum Nostrorum Regalium per Hungariam Magistris, ac prælibato Principe Carolo Pálffy ab Erdöd Comite Posoniensi, cæterisque quam plurimis scepefati Regni Nostræ Hungariæ Comitatus tenentibus, & Honores.

Franciscus m. p.



comes Josephus Erdödy m. p.

Georgius Májláth m. p.



